



**Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1589. usque ad annum 1595 - Una Cum Criticis R.P.  
Honorati A S. Maria Carmel. Discalc. Observationibus In Historiam  
Ecclesiasticam Abbatis Fleurii

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1772**

**VD18 90118669**

§. 101. Pontificis sui auspicia.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67252](#)

Sæcul. XVI.  
A.C. 1591.

dire jussus cum ingenti prudentia, atque integritate hoc munere defunctus est.

§. CI.

*Pontificatus sui auspicia.*

Ciat. I. c.  
Thu. I. 102.

Die tertia Novembris, in quam dies Dominica inciderat, neo-electus Pontifex in Basilica Principis Apostolorum in specula, ex qua Pontifices in solemnioribus festis populo benedicere solent, inauguratus est, altera autem die convocato Purpuratorum Senatu Cardinalibus ob factam electionem grates referens plura eis, quæ pro Ecclesiæ utilitate concepisset, consilia manifestabat, atque inter alia exponebat, quod secreto proprias haberet pecunias, quibus sacræ Sedis necessitatibus, ac populi miseriis in variis gravioribus occasionibus subvenire posset: insuper quadraginta aureorum millia mutuo accepit, ne aurum, quod in Adriani arce a Sixto V. depositum erat, attingeret, quoniam expedire Reipublicæ dicebat, ut in ærario Pontificio magnum aliquod auri pondus ad graviora rerum publicarum incommoda, & duriora tempora reconditum, & intactum servaretur: insuper petebat, ut tunc, si annona, vel aliæ merces emerentur, cuncta semper parata pecunia solverentur,

tur, ajebat enim, quod eo tempore, quo adhuc Episcopus, aut Cardinalis fuisset, quicquam obstricta duntaxat fide emere, semper horrori habuerit, proin nunc quoque, cum Papa esset, a veteri hac consuetudine sua recedere nolit. Præterea ad Patriarchas, ac Primates, Cardinalium aliquot hortatu, renovato pristino more, literas dedit, quibus suam ad Pontificatum promotionem significabat, illosque, ut piis eum precibus apud Deum pro fausto regimine juvarent, precabatur.

Ceterum die vigesima nona Novembris Mantuae Duce, qui suum ei obsequium præstiturus advenerat, exceptit, eique locum inter Cardinales Diaconos assignavit: insuper pretia omnibus cibariis, aliisque ad victum necessariis rebus, edicto publico præscripsit, nam propter egestatem proximam nimium excreverant: unde rerum omnium abundantiam exiguo, quo vixerat, tempore quantum valuit, revocabat, quamvis vero de Ecclesiæ necessitatibus, ac Romanæ Curiæ consiliis, variisque illorum, qui supplicatum venerant, conditionibus satis probe instructus esset, nullam tamen gratiam concedere voluit, nisi prius aliorum consilium expetiisset: denique tanta in omnibus prudenter.

M 5 dentia

Sæcul. XVI.  
A.C. 1590.

Sæcul. XVI. dentia inclarescebat, ut simul Nobiles,  
 A.C. 1591. & populus, exterique Ministri penitus  
 de ejus agendi ratione contenti essent:  
 præterea non modo Pii V. Constitutio-  
 nem de non alienandis Ecclesiæ bonis  
 confirmabat, sed etiam novo, magis-  
 que severo diplomate hoc interdictum  
 extendebat, porro cum Cajetanus Car-  
 dinalis pro Joanne Antonio Ursino ve-  
 niām precaretur, atque ingentem pe-  
 cuniæ summam offerret, Pontifex hæc  
 in responsis dabat: „non peto pecuniam,  
 sed obedientiam. „

## §. CII.

*Magna hujus Pontificis consilia, ejus-  
 que obitus.*

Citat. l.c.  
 Victorel  
 pag. 240.

Hic idem Pontifex Anconnæ portum,  
 ut expedita magis redderetur na-  
 vigatio, expurgare, ac prope arcem  
 sancti Angeli fossam, ut ab urbe Romana  
 crebras Tyberis inundationes averte-  
 ret, fodere proposuerat: insuper etiam  
 populum Romanum a vectigalibus non  
 ita pridem impositis liberare, infidelium  
 conversioni infudare, hæreses extir-  
 pare, suaque liberali manu Japonum  
 Ecclesiam sub Principis ibi regnantis  
 tyrannide gementem sublevare decre-  
 verat: verum præmatura mors tot con-  
 filiorum progressum intercepit; quippe  
 per octo dies febri laborans die trigesi-  
 ma